



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 33. Continuata inter Græcos dissidia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

§. XXXIII.

Sæcul. XV.
A C. 1442.*Continuata inter Græcos dissidia.*

Constantinopoli continua inter Græcos dabatur dissensio, nec Imperator gravibus cum Fratre suo simulatibus implicatus, grassanti schismati remedium ponebat, cum tamen levi brachio primam totius mali radicem excindere potuisset, si sub quovis prætextu Marcum Ephesinum comprehendi jussisset, maxime, cum ad id nec operis facilitas, nec agendi auctoritas deficeret, eoquod Episcopus hic schismaticus datam etiam fidem violasset. Ex adverso Cæsar perinde ac si in Florentina Synodo de rebus fidei nihil actum, nihilque decisum fuisset, nimium facilis decrevit, ut publica fieret concertatio inter eundem Marcum Ephesinum, & Bartholomæum Florentinum Ordinis FF. Prædicatorum Episcopum, & Theologiæ doctrina longe celeberrimum, quæ tamen disputationes nil omnino profuere, præterquam quod de palma utrinque contenderetur, unoquoque eandem sibi attribuyente. Unde re infecta tandem solutum est colloquium.

*Antonin. tit.
22. cap. 21.*